

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4. Vtrum sit panis azimus, vel fermentatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

QVAEST. LXXV,

*Super Questionis  
q. Articulugwarz  
sum.*

**N** articulo quarto circa illud, qd de presbytero gratio dicuntur, sciaret quod debet seruare ritum gracie in ecclesia graeca, dubium occurrit ex Petro de Palude i quarto distinctione undecima, oppositum concludente, ex hoc quod gratia sunt schismatizici, nullusque etiam ipsorum debet eis adiungere ac per hoc potest sicut in toro, sic & in parte ab eis discordare. non ergo peccare non ieruans ritum eorum.

**¶** Ad hoc dicatur, quod Adutor loquitur de gracie ecclesijs & presbyteris absolute, & non de iisdem schismatibus & proprie- re optime dicit quod peccare, peruersens ecclesie ritum. Et hinc sequitur, quod etiam tempore schismatis peccaret quia schismati non soluit ritus rectos ecclesiarum, qualis est isto, qui non ex schismate, sed ex ratione ecclesiastica in eis est, ut Gregor. in litera allata testatur.

**¶** Quo circa, si presbyter gratus & in graca ecclesia celebra, peccaret non seruando ritum gracie ecclesie, non a schismatibus precepit, sed velut ab ecclesia latuum, quod ibi serueretur. Unde in Concilio Florent. sub Eugenio III. legimus sic. Item in azymo sua seruamento pane tritico corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus confidere debeat, vaunquamque scilicet, iuxta sua ecclesia sua occidentalium, sua orientalium confundendum.

**¶** Et cum obiectetur, quod nemo

*¶. dist. 11. q. 4.  
2. art. 2. q. 3.  
3. q. 5. ca.  
Et opus. 1.  
4. 6. & 10. 1.  
11.*

*¶. 3. art. 3.  
aus 3. p.*

*Gl. interlin.  
Beatis Iuli.*

*In decret.  
lib. 3. tit. 4.  
Literas, &  
et ultimam  
illius tituli.*

ARTICVLVS IIII.

**V**trum hoc sacramentum debet confici ex pane azymo.

**A** D QVARTVM sic proce- ditur. Videtur qd hoc sacra- mentum non debeat confi- ci ex pane azymo. Debemus enim hoc sacramentum imita- ri institutionem Christi: sed Christus uideret hoc sacramen- tum instituisse in pane ferme- tato: quia sicut legitur Exod. 12. Iudei secundum legem incipie- bant uti azymis in die Pasche (quod celebratur quartadeci- maluna) Christus autem insti- tuit hoc sacramentum in cena, quam celebravit ante diem fe- sti Paschae, ut habetur Ioan. 13. ergo & nos debemus hoc sacra- mentum celebrare in pane ferme- tato.

**¶** **¶** **P**ret. Legalia non sunt ob- seruanda tempore gratiae: sed uti azymis, sicut quedam lega- lis ceremonia, vt patet Exod. 12. Ergo in hoc sacramento gratiae non debemus azymis uti.

**¶** **¶** **P**ret. Sicut supra dictum \* est, eucaristia est sacramentum charitatis, sicut baptismus fidei, ut supra dictum est: sed seruor charitatis significatur per fer- mentatum, ut patet in gl. \* super illud Math. 13. Simile est re- gnum celorum fermento, &c. ergo hoc sacramentorum debet confici de pane ferme- tato.

**¶** **¶** **P**ret. Azymum & ferme- tatum sunt accidentia panis, non uariantia eius speciem: sed in materia baptismi nulla diffe- rentia adhibetur circa differentiam accidentium aquae, puta si sit falsa uel dulcis, calida vel frigida. ergo in hoc sacramento aliquam differentiam adhiberi non debet, utrum panis sit azymus vel fermentatus.

**S**ED CONTRA est, quod ex- tra de celebratione missarum cap. Literas, punitur sacerdos, qui in pane fermentato, & scypholigneo missarum so- lemnia celebrare presum- psit.

**R**ESPON. Dicendum, quod circa materiam huius sacramenti, duo possunt considerari, sci- licet quid sit necessarium, & quid conueniens: necessarium

ARTIC. IIII.

**F** quidem est, ut sit panis triti- ceus (sicut dictum est) \* sine quo non perficitur sacramen- tum: non est autem de nece- ssitate sacramenti, quod sit azymus vel fermentatus, quia in unoquoque confici potest.

Coueniens autem est, ut unus- quisque seruet ritum suae ecclie- sie in sacramenti celebratione.

Super hoc autem, sunt diuersae ecclesiarum consuetudines: di- cit enim beatus Gregor. in re- gistro, Romana Ecclesia offert azymos panes, ppertea quod dominus sine illa commissio- ne suscepit carnem: sed certae ecclie offerunt fermentatum, pro eo quod, verbum Patris indi- dum est carne, sicut fermentum miscetur farina. unde si- cut peccat presbyter in ecclesia latinorum, celebrans de pane fermentato, ita peccaret presby- ter gratus in ecclesia gratorum, de pane azymo, quasi perver- tens ecclie sue titul. & tamen consuetudo de pane azymo ce- lebrandi, rationabilior est.

**H** **I** Primo quidem, propter institu- tionem Christi, qui hoc sacra- mentum instituit prima die azymorum (ut habetur Matth. 26. & Mar. 14. & Luc. 22.) qua die nihil fermentatum in domib. iudaorum esse debebat, ut ha- betur Exod. 12. Secundo, quia panis est proprium sacramentum corporis Christi (quod sine corruptione conce- ptum est) magis quam divinitatis ipsius, ut infra patet.

**¶** **I** Tertiò, quia hoc magis competit syn- cerasitati fidelium, quae requiritur ad usum huius sacramenti, secundum illud 1. Cor. 5. Pascha no- strum immolatus est Christus, itaque epulemur in azymis sinceritatis & ueritatis. habet tamen haec consuetudo Grecorum aliquam rationem, & propter significationem quam tangit Greg. \* & in detestationem heresis Nazaritorum, quile- galia euangelio miscebant.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod sicut legitur Exod. 12. solemnis paschalis incepit in \* ve- speris quartadecimæ lunæ, & tunc Christus post immolationem agni paschalis hoc sacramentum instituit. unde haec dies à Ioan. dicitur præcedere sequentem diem pasche, & à tribus alijs euange- listis dicitur prima dies azymorum, quando fer- mentatum in domibus indeorum non inuenie- batur, ut dictum est. \* & de hoc supra notatum est plenus in tractatu dominice passionis. †

**A**D SECUNDVM dicendum, qd confidentes ex azymo non intendunt ceremonias legis seruare: sed conformare se in institutioni Christi: & ideo non iudaizant: alioquin & celebrantes in pane ferme- tato, iudaizarent: quia iudei panes primitiarum, fermentatos offerebant.

**A**D TERTIVM dicendum, qd fermentum signifi- cat charitatem propter aliquem effectum, quia, si panem facit sapidorem & maiorem: sed corru- ptionem significat ex ipsa ratione sue speciei.

AD

debet eis adhuc- re, verum est quan- tum ad ea, que sunt schismatis: & similiter potest discordare ab eis in toto & in parte, in his quæ sunt schismati- tis.



**A**D QVARTVM dicendum, q̄ quia fermentum habet aliquid corruptionis, & ex pane corrupto non potest confici hoc sacramentum (ut dictum est) \* ideo magis attenditur circa panem differentia azy mi & fermentati, quām circa aquām baptismi, dīa calidi & frigidi: posset enim tanta esse corruptio fermenti, quod ex eo non posset confici sacramentū.

**¶ Super Questionis  
spiritus & finis quarta  
Artic. 4. huius  
q. ad 4. arg.**

**ARTICVLVS V.**

**V**trum uinum uitis sit propria materia huius sacramenti.

**N**art. 5. memento  
Iuradictorū & ap-  
pela ad prōpositum,  
quād uiam non es-  
tā. Cetera. q. ad  
ius. non conuenit vinum  
sub forma potabili:  
sed manducabili.

**A**D QVINtvM sic procedi-  
tur. Videtur q̄ non sit p-  
riua materia huius sacramenti  
vinum uitis: sicut enim aqua est  
materia baptismi, ita uinum est  
materia huius sacramenti: sed  
in qualibet aqua p̄t fieri baptismus. ergo in quo-  
libet uino (puta malorum granatorum, uel moro-  
rum, aut huiusmodi) potest confici hoc sacrm̄, p-  
ferim cum in quibusdam terris, uites non crescāt.

**¶ Præt.** Acctum est quædam species uini, quod  
de uite sumitur: ut Ifido. \* dicit: led de aceto non  
potest confici hoc sacramentum. ergo uidetur  
quod uinum uitis non sit propria materia huius sa-  
cramenti.

**¶ 2 Præt.** Sicut de ultre sumitur uinum depratum,  
iaciam agresta & mustum: sed de his non vide-  
tur posse confici hoc sacramentum, secundum il-  
lu. \* quod in sexta synodo legitur, Didicimus, q̄  
in quibusdam ecclesijs sacerdotes sacrificio obla-  
tionis coniungunt uias, & sic simul utrumque po-  
pulo dispensant: præcipimus igitur, ut nullus sacer-  
dos hoc ulterius faciat. & Iulius Papa f̄ reprehendi-  
dit quosdam, qui expressum uinum in sacramen-  
to dominici calicis, offerunt: ergo uidetur quod  
uinum uitis non sit propria materia huius sacra-  
menti.

**SED CONTRA** est, quod sicut Dominus se com-  
parauit grano frumenti, ita etiam se comparauit ui-  
ti, dicens Ioan. 15. ego sum uitis vera: sed solus pa-  
nis de frumento, est materia huius sacramenti, ut  
dictum est. \* ergo solum uinum de uite, est pro-  
pria materia huius sacramenti.

**RESPON.** Dicendum, quod de solo uino uitis  
potest confici hoc sacramentum. Primò quidem,  
propter institutionē Christi, qui in uinu uitis hoc  
sacramentum instituit, ut patet ex eo qđ ipse dicit  
Math. 26. circa institutionē huius sacramenti, nō  
bitauit modo de hoc genimine uitis. Secundò,  
quia sicut dictum est, \* ad materiam sacramento-  
rum affluitur id, quod proprie & communiter  
habet talem speciem. Proprie autem uinum dici-  
tur, quod de uite sumitur: ali: vero liquores, uinū  
dicuntur, secundum quandam similitudinem ad  
uinum uitis. Tertio, quia uinum uitis magis com-  
petat effectum huius sacramenti, qui est spiritua-  
lis letitiae: quia scriptum est, quod uinum letificat  
cor hominis.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod illi liquores  
non dicuntur proprie uinum, sed secundum simi-  
litudinem. Potest autem uerum uinum ad terras il-  
las deferriri, in quibus uites non crescunt, quantum  
sufficiat hoc sacramentum.

**AD SECUNDVM** dicendum, quod uinum fit acc-  
tum per corruptionē: unde non fit redditus de acc-  
to uinum, ut dī 8. Meta. \* & ideo sicut de pane

A totaliter corrupto non potest confici hoc sacrm̄,  
ita nec de aceto. Potest tamen confici de uino ace-  
fcenti, sicut & de pane, qui est in via ad corruptio-  
nem: licet peccet conficiens, ut prius dictum est. \*

**AD TERTIVM** dicendum, q̄ agresta est in via ge-  
nerationis: & ideo nondum habet speciem uini, &  
propter hoc de ea non potest confici hoc sacrm̄.  
mustum autem iam habet speciem uini: nam eius  
dulcedo attestatur digestioni, quae est completio à  
naturali calore, ut dī in 4. Meteo. \* & ideo de mu-  
sto potest confici hoc sacrm̄: non tñ debent vuas i-  
tegræ hūc sacro misceri: quia iam effet ibi aliquid  
preter uinum. Prohibetur etiam ne mustū statim  
expressum de uia, in calice offeratur: quia hoc est  
indecess propter impuritatem musti. Potest tamē  
in necessitate fieri: dicitur \* enim ab eodem Iulio  
Papa, si neccesse fuerit, botrus in calicem prematur.

**Art. 3. huius  
q. ad 4. arg.**

**ARTICVLVS VI.**

**¶ Super Questionis  
74. Artic. sextum.**

**V**trum aqua sit uino permiscenda.

**A**D SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ aqua non sit uino  
permiscenda. Sacrificium n. Christi figuratum fuit per obla-

**Fed. loco in  
arg. casato.  
& hf. de co-  
ficer. diff. 2.c.  
cū omne crī  
mē, in med.**

tionem Melchisedech, qui Genel. 4. non legitur obtulisse, nisi  
panem & uinum. ergo uidetur quod in hoc sacramento non  
debeat adiungi aqua.

**¶ 2 Præt.** Diuerorum sacramētorum diuersa sunt materie: sed aqua est materia baptisimi. ergo non debet assumi ad materiam huius sacramenti.

**¶ 3 Præt.** Panis & uinum sunt materia huius sacra-  
menti: sed pani nihil adiungitur. ergo nec uino de-  
bet aliquid adiungi.

**SED CONTRA** est, quod Alexand. \* papa scribit: In sacramentorum oblationibus, quæ inter mis-  
sarum solēnia Domino offeruntur, panis tan-  
tum & uinum aqua permixtum, in sacrificium of-  
ferantur.

**Alex. 1. epif.  
ad omnes fi-  
deles a me-  
dio illius.  
to. 4. Cœcil.**

**RESPON.** Dicendum, quod uino, quod offertur  
in hoc sacramento, debet aqua misceri. Primo qui-  
dem, propter institutionem: probabiliter enim cre-  
ditur, quod Dominus hoc sacramentum institue-  
rit in uino aqua permisto, secundum morem illius  
terræ. unde & Proverb. 9. dicitur, Bibite uinum,  
quod miscui uobis. Secundo, quia hoc conuenit  
repræsentationi dominicæ passionis. unde dicit  
Alex. Papa. Non debet in calice Domini aut uinum  
solum, aut aqua sola offerri: sed utrumque permis-  
tum: quia utrumque ex latere eius in passione sua  
proflixissime legitur. Tertiò, quia hoc conuenit ad si-  
gnificantum effectum huius sacramenti, qui est  
unio populi Christiani ad Christum: quia ut Iulius  
Papa dicit, tuidemus in aqua populum intelligi, in  
uino uero ostendi sanguinem Christi. ergo cum in  
calice uino aqua miscetur, Christo populus adun-  
catur. Quartò, quia hoc competit ad ultimum effectū  
huius sacramenti, qui est introitus ad uitam æternam. unde Amb. \* dicit in lib. de sacramētis, redun-  
dat aqua in calicem, & fatit in uitam æternam.

**Alex. 1. epif.  
ad oēs orth.  
a medio il-  
lius tom. 1.  
Concill.**

**AD PRIMVM** ergo dicendum, q̄ sicut Amb. \* di-  
cit ibidem, sicut sacrificii Christi significatum est p̄  
oblationem Melchisedech, ita etiam significatum  
est per aquam, que in eremo fluxit de petra, secūdū  
Tertia S. Thomæ. GG 3 illud.

**Hf de cōſe.  
dist. 2. c. cū  
omne crīmē,  
circa medi-**

**\* Lib. 5. de fa-  
era. cap. 1. 2  
medio 4.  
Eod. lib. 5. c.  
1. to. 4.**